



**D. DIONYSII // A RICKEL CARTHVSIANI, // de perfecto  
mundi contemptu, // ut pius ita utilissimus heptalo- // gus**

**Dionysius <der Kartäuser>**

**Coloniae, Nov. 1530**

Quid sit via purgatiua formalis: & de mo [...] exercitandi in ea.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55472](#)

ut propheticō hoc prædictum est præfigio, Vo  
cabit nomen eius admirabilis, consiliarius. Ipse Esa. 9.  
demum est via perfectiua, in quantum sacerdos  
& pontifex ardentissimusq; amator. De quo in  
prima sua ait canonica summus apostolus, Con 1. Petri. 3  
uersi estis ad pastorem & episcopum animarum  
vestrarum. Ordo autem pontificalis præsertim  
est perfectius, vt magnus Theologorum prin-  
ceps Dionysius loquitur. Sicq; competit Christo Dionys.  
vt pater futuri seculi & princeps pacis vocetur: Esa. 9  
quemadmodum apud Esaiam legitur prophe-  
tatum.

Quid sit via purgatiua formalis,

Art. III.

**R** E vnum hominem peccatum in  
hunc mundum intravit: & per pec- Roma. 3  
catum mors. Quemadmodum sa-  
cra docet scriptura: deus ab initio fe-  
cit hominē rectum, quia hominem  
protoplasmum in originali creauit  
iusticia: per quam caro spiritui, sensitua pars ra-  
tioni, & ratio deo in omnibus prompte & absq;  
renisu fuit subiecta. Sed primo parente diuinum  
transgrediente præceptum, caro spiritui mox coe-  
pit esse rebellis, & sensualitas rationi, ac rō deo.  
Hinc omnes in originali nascuntur peccato: &  
fomes peccati manet in nobis: et caro contra spi-  
ritum concupiscit, & vulneratæ sunt ratio ac vo-  
luntas, atque ad omne malum sumus proclives,  
ad resistendum quoq; infirmi. Indigemus ergo in  
primis, vt in via nos purgatiua exerceamus: q-  
tenus a cunctis vitijs expurgemur praeteritis, &  
innumerabilia vndiq; vitemus peccata, atque  
a vitiorum reliquijs emundemur; vtput a pro-

T nita

D. DION. CAR.

nitate & inclinatione ad culpas: sicq; ad originalis iusticiæ redeamus cōformitatem. Est ergo via purgatiua exercitium & conatus seu occupatio, qua tanquam per iter ac medium ad uitiorum expulsiōnem, ad passionum & cōcupiscentiarum refrenationem, ad omnium affectionum animæ reformationē, ad cordium sensuumq; studiam, ac omnium uitiationem culparum edimus ac conamur. Hoc est, plane non cōformitati huic seculo nequam, exuere veterem hominem atq; in interiori homine reformari, corpus caligare & in spiritus seruitutem redigere, actionem quoq; pœnitentiæ digne insistere; sicq; animam purgationi ac puritati inuigilare, intendere, memorari. Nempe quum dominus deus noster singulariter sanctus & interminabiliter purus, verus, ac sapiens: animam puram ac virtutem & sapientem requirit, amat, amplectitur, quicquam ab eo nos separat, & ab eius gratia impedit, nisi peccatum, per quod creator nichil dissimiles, odibilescq; efficimur. Hinc igitur impensis a peccatis emundari, & ea sp; vitare oportet.

**Esaï. 6. tet.** Sicuti testatur Esaias. Hic est omnis fructus Sapientie, ut auferatur iniquitas. Et Sapientia, Odio sumus impius & impietas eius. Vnde Psalmographus.

**Psalmo. 5. sti.**, inquit, omnes qui operantur iniquitatem. Sapientia, denuo ait scriptura, Neminem diligit deus nisi cum sapientia inhabitat. Veruntamen quotidie heu peccamus, & in multis offendimus menses (nam & iustus septies cadit) propter quod reuera vniuersæ iusticiæ nostræ tanquam pauperes sunt menstruatæ: hinc quotidie in via hac purgatiua nos exercere debemus: quæadmodum in Ecclesiastico legitur, Fili peccasti, ne adjicias me.

**Iac. tertio** Proue. 24  
**Esaïæ. 64**

Etiam in scriptura, Neminem diligit deus nisi cum sapientia inhabitat. Veruntamen quotidie heu peccamus, & in multis offendimus menses (nam & iustus septies cadit) propter quod reuera vniuersæ iusticiæ nostræ tanquam pauperes sunt menstruatæ: hinc quotidie in via hac purgatiua nos exercere debemus: quæadmodum in Ecclesiastico legitur, Fili peccasti, ne adjicias me.

Sed de p̄teritis deprecare ut tibi remittantur. Nunc  
igitur practica huius uiae breuiter est tangēda

Qualiter in via purgatiua debeamus nos  
quotidie exercere. Art. IIII.



Auamini, mundi estote, auferete ma-

lum cogitationum vestrarum ab o-  
culis meis, & discite bene agere, ait  
dominus. In omni peccato inueniun-  
tur plārumq; duo. Primum, est men-

tis auersio a summo & inuariabili  
bono deo altiss. & immenso. Secundum, est cōuer-  
sio mentis ad bona creata, caduca, vana, fœda,  
ac uilia. Ratione primi peccator deum maxime  
inhonorat ac paruipendit, cui tam vana ac vi-  
lia præponere ac præ eligere non veretur. Ratio-  
ne secundi inordinate atq; illicite delectatur in re-  
bus creatis ac vanis. Et ratione vtriusque debe-  
tur homini poena pro culpa sua. Nam ratione a-  
uersio suæ a deo debetur ei poena damni: vide  
licet diuinæ ac beatificæ visionis carentia. Ratior-  
one vero secundi debetur eidē poena sensus, hoc  
est, infernalis incendiū cruciatus. Hinc volens in  
via purgatiua se exercere, & a citer poenitente atq;  
purgari, & a vitijs præseruari: tria per ordinem  
facere debet. Primo etenim pro dei cōtemptu &  
paruipensione debet seipsum summe ac profun-  
dissime humiliare, deijcere, aspernari, omnīq; cō-  
fusionē ac poena dignissimum arbitrari: & tanto  
plus, quanto omnipotētem & incomparabilem  
dominum maiestatis grauius frequentiusq; of-  
fendit. Deum quoque toto corde debet extollere  
ac laudare. Secundo pro sua libidinosa ac vitiosa  
delectatione quā habuit in peccādo, debet p̄cor-  
dialē dolorē ac verā condignā ac proportiona-

Tū tam